



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

I. Lvtherus Concilium impedire tentat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

rum rerum scriptores testantur. Et nostro tempore Protestantes Maximiliano Imperatori contra Turcam ferre auxilia, & commune cum ceteris Christianis Principibus fedus contra Selimum insire recusarunt, ut idem rerum Hungaricarum auctor scribit, & nos sequenti libro latius ostendemus. Quam multi inter Lutheranos vnde cum infelici illo Halderico Hurreno Turcicæ dominioni subesse optarunt, ut tantum omnem Papæ protestatem viderent abolitam! Sanctum nempe hunc zelum discipulus a magistro suo Luthero suxerat: à quo Turcica etiam in Polonia & vicinis regionibus superstitione longe lateque fuit propagata. Sed iam tempus est, ut Sandapilam ac funestas tadas ei apparemus, cuius doctrina tot homines morti dedit, torque animas aeterno, tot regna aeternis temporali exitio inuoluit.

**D E L V T H E R I M O R T E : D E Q U E
summo eiusdem fastu & arrogan-
tia, ac ceteris moribus.**

C A P U T . X E

A R G U M E N T U M .

- I. Lutherus Concilium impeditare tentat.
- II. In patriam proficitur, & subitanea morte oppri-
mitur.
- III. Eius sepultura.
- IV. Eius fastus.
- V. Lutherus nullum unquam fecit miraculum; facere
vero conantem quomodo diabolus tractarit.
- VI. Eius contumelia in SS. Patres seu Doctores.
- VII. Quomodo veteres scriptores ab ipso corrupti.
- VIII. Laudes Lutheri à discipulis ipsius adscripta.

DVM ex una parte Carolus Imperator & Ferdinandus Romanorum rex vna cum ceteris Catholicis Principibus vires suas contra Turcam expedient, ac simul Protestantum co-
natus obuiam ite conantur; ex altera parte summus Pontifex Dei in terris Vicarius, ex omnibus Christiani orbis regionibus & angulis ecclesiarum Patriarchas, Episcopos & Antistites Tridentum ad Concilium euocati, vt certum aliquod & irrefragabile contrahere hæreses in Germania & alibi pullulantes decretum fieret ac promulga-

retur; iamque adeo apertis Concilij foribus Anno 1546. totus Mundus eò properat: Lutherus omnium non modo hæreticorum, sed & hæresiarcharum antesignanus, praesentans Spiritum S. qui eiusmodi cœribus semper præsidore solet, dissidentiam contra ipsum sententiam pronuntiaturum; ut id impedire, omnem lapidem mouit. Quibus vero ad hoc artibus vsus sit, ex ijs quæ paulo ante dicta sunt, aliquo modo patet, e sequentibus vero manifestius intelligetur. Ut vero & ipse turbis & dissentionibus, quæ inter discipulos suos ortae fuerint, remedium aliquod adferret, & in tanta confusione ordinem aliquem statueret, Synodus aliquot celebrari curauit, in quibus Sacramentiorum præcipuæ causa ventilata, sed fructu fuit omnis illa quavis arte, dolo & vi tentata concordia, Deo nunquam permittente, ut extra sacramentum suum tabernaculum vntas reperiatur, sed magis scissuræ factioes & confusio: Vbi umbra mortis, & nullus ordo sed sempiternus horror imbibans. (a) Et verissimum est:

Subiectum est Sarhana quidquid non numine plenum est.

Sed Deum immortalem! quas non artes Lutherus & socij adhibuerunt, ut ne sanctum illud Concilium Tridenti indicaretur? quid non conatur sunt, ut indicium impeditur aut disturbatur? in quam non faciem se verterunt, ut efficerent ut quid certi ibi dissimilaretur? quoties Protestantes protestati sunt, nulla huius concilij decreta pro validis habituros? Cur quæso? quia à Pontifice Ecclesiæ capite indicium eruerat. Vnde factum est, ut quamvis anno MD XLV. 13. Dec. cooperit, ante tam annum MDLXIV. Pio IV. Pontifice, decreta eius conclusa non sint & promulgata: in quo nemmo Lutheranorum, quamvis nos rancum sub fide publica vocati, verum etiam obsides eis obliti essent, comparere ausus fuit. Tantum vero absuit ut reorum personam sustinere ac culpam deprecari cogitarent, ut etiam inter Doctores, immo inter Judices sedere vellent. Sed de his in illo libro quo Francia schismatis expositus sum amplior erit discendi locus: ubi ordine, sessiones, ceremonias & alia huius omnium fere quæ in Europa celebrata sunt, illustrissimi & celeberrimi Concilii explicabo: cuius finis in ipsum, quas tot tantasq; haec tenus misera Francia passa est calamitatum incedit, initium.

II. Mira

2. lob. 106.